

# Bexta etas mudi

Anno mundi. 5795. Anno xp̄i. 594.

**G**regorius magnus papa. eius nominis primus patria romanus pater Gordiano. viro senatorio; uno oīm p̄fensiū inuitus etiā p̄tifex creatur. Anno dñi tc. d. ac. xvij. Is aut̄ cum principis p̄fensis requireretur. nūcios cū litteris miserat. Qui mauriciū obsecrarent: ne patere electionē cleri t̄ populi romani ea in re valere. intercepte sunt littere a profecto vrbis ac diserpte scriptis alie. Quibus rogabatur vt quem populus ac cleris in pontificem legis set eundem impator confirmaret. quo nibil ei nūcari iocūdus ac gratius potuit. cum secum familiariter dum constantinopoli erat Gregorius vixisset. filiumq; eius fonte baptismatis leuasset. Remittit itaq; Mauricius nūcios qui Gregorii p̄firmarent: cogerentq; pontificatus gubernacula suscipere. Is ita q; non sibi p̄i. s; utilitati homiq; ac honori diuino p̄sulens. quem certe ob religionem t̄ pietatez rebus om̄ib; semper ante tulerat. spretis opibus. post habitis voluptatibus atq; om̄i ambitione t̄ potentia. gubernacula reipublie xp̄iane suscipiens. ita vixit. vt vsq; ad tempora nostra. nemimē ex successorib; parem habuerit: ne dum superiorē vel sanctitate vite vel diligentia in rebus agendis. vel doctrina t̄ scriptis: doctor etiā humilim⁹ primus om̄i pontificū se seruū seruoz̄ dei scripsit. Ac omnis institutio ecclesiastici officij veteris p̄ser-tim ab eo est inuenta t̄ approbata. Supplicationesq; maiores ppter pester se dandam ac stationes instituit. Exornatis quoq; q̄buscūq; rebus potuit basili-cis romanis dedicataq; gothoz̄ ecclesia que in subura est agathe martyris no-mine. paternā domū in cliuo scauri positam non longe a circo maximo in mo-nasteriū rededit. Quo in loco t̄ hospites p̄tinuo accipiebat. Et paupes vndi-q; confluentez cibo t̄ potu in vita retinebat. Vir certe om̄i laude dignus. Tādem confirmata om̄i ratione ecclesia dei. Anno. xij. niensis. vij. die. x. pontifi-catus sui moritur: Phocevo imperatoris āno secundo. sepeliturq; collacrimati-bus om̄ib; in basilica petri ante secretariū. quarto ydus marci. Eius ydō in morte mensibus quinq;. diebus vnde viginti. sedes romana tum vacat.

**S**abinianus papa cui⁹ patria ignorat ac merito quidem Gregorio succe-sit: homo em̄ obscuro loco natus. obscurioris moribus rebus gestis Gre-gorij viri sanctissimi aduersatus est. Nam cum suo pontificatu fame laborare tur. instarentq; paupes. vt pietate Gregorij elemosinis imitaret: nil aliud respondebat. q; Gregorii popularē famā aucupantē patrimoniu eccie largitio-nibus dissipasse. Paululū etiā absuit q̄ libri eius cōburerent. Adeo in Gre-gorii ira t̄ inuidia exarserat homo maluolus. Hic tñ statuit vt hore in eccl-e-siis distinguerent officij gratia. Er accense lampades p̄tinuo retinerentur. po-tissimum ydō in ecclesia beati Petri. At cū annū vnum. menses quinq;. dies. ix. in pontificatu sedisset moritur funusq; eius a sancto Joanne per portam asina-riā t̄ pontem miliuū in basilicaz̄ petri defertur. Vacat sedes ei⁹ morte. menses xj. dies sex t̄ viginti.

**B**onifacius tercius papa. patria romanus. Vir sacerdotio dign⁹ a pho-ca imperatore obtinuit. magna tamen contentione. vt sedes beati Petri apostoli. que caput est om̄iū ecclesiarum ita t̄ diceretur t̄ habere ab om̄ib;. Quem quidem locum ecclesia constantinopolitana sibi vendicare conabatur. fauentibus interdu malis p̄ncipibus. Herito em̄ sedes romana ceteris anfer-tur. Et̄ itegritate t̄ p̄stātia cūcte hereses p̄fute sunt t̄ explose: inde synodo habita plura instituit. Tādem eius vita t̄ decreta extincta sunt pontificatus sui mense. ix. Sepultus est aut̄ in basilica petri: vacat tū sedes mense vno. die-bus sex. Anno mundi. 5813. Anno xp̄i. 614.

**B**onifacius quartus papa natione Marsus. patria valeriensis. patre Jo-anne medico. Hic templuz̄ sancte marie rotunde quod veteres pantheon Quia cybeli t̄ om̄ib; dijs cōmune esset. a phoca imperatore obtinuit: cōse-cravitq; q̄rto ydus Maij. in honore beate marie viginis om̄iūq; martyrum. Electis prius gentiū simulacris. lustratoq; templo vnde postea virgo ad martyres appellata est. Quo facto etiam domū paternam in monasteriū rededit: fundosq; suos monasterio ascribit i monachoruū vsum. Quibus t̄ predican-di ac absoluendi potestatem tribuit. Vrū non ita multum post. diem extremū obiens. Sexto pontificat⁹ sui anno mense octauo. die. xij. Quo quidem tempore. peste fame t̄ inūdatione aquarū laboratū est. Se-pelitur in basilica petri. vacat tū sedes eius morte mensib⁹. viij. dieb⁹ q̄nq; t̄ viginti.

## Linea summo-rum pontificum

Gregorius primus



Sabinianus



Bonifacius tercius



Bonifacius quartus



Bonifacius sextus